Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



mortui sunt. Hic est panis de celo de
cendens. ut si quis ex ipso manducaue
rit non moriat. Ego sum panis uiuus. qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane. uiuet in eternum. Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita. Off. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. Sec. Accipe quesumus domine munus oblatum ac dignanter operare. ut quod mysterius agimus piis effectibus celebremus. Per. Co. Panem meam do uobis aeternam pacem relinquo uobis aeternam ave. ia. Co. Sumentes domine celestia sacramenta quesumus clementiam tuam. ut quod temporaliter gerimus. eternis gaudiis sequamur. Per. Feria. Spiritus domini. Per omnem. Quinta.

Omnipotens et misericors deus aperi nobis tue spiritus uoluntatem. quo sicut eius preceptis tramitem deuitamus. sic integro tenore diuitiam adeptis semper ordine tenere ualeamus. Scdm. Iohem. Nemo potest. nisi pater. Actuum. a. tes. Per. Philippus descendens in ciuitatem samarie. predicabat illis christum ipsum. Intendebant autem turbe his que a philippo dicebantur. unanimiter audientes ac uidentes signa que faciebat. Multi enim habebant spiritus immundos. clamantes exibant. Multi autem paralitici et claudi. curati sunt. Factum est igitur gaudium magnum in illa ciuitate. Scdm. Iohem. Cum esset. Conuocatis ihesus duodecim discipulis. dedit illis potestatem super omnia. et ut languores curarent. Et misit illos predicare regnum dei. et sanare infirmos. Et ait ad illos. Sicut ceteris in uia. neque uirgam neque peram neque pecuniam neque panem neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraueritis ibi manete. ac inde ite exeuntes. Et quicumque non receperint uos. exeuntes de ciuitate illa etiam puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium super illos. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes et curantes ubique. Sec. Sacris celestibus domine operante spiritu sancto uitia nostra purgentur. ut munera tibi tuis semper possimus aptari. Per. Prestet quesumus domine ut animis nostris. Co. carnales amouetur spiritus sancti affectus. ac nobis spiritalia dona potenter infundat. Per eiusdem. Feria. vi.

Repletur os meum laude tua. ut possim cantare. et exultabo. ia. ut possim cantare. et exultabo. ia. gaudebunt labia mea dum cantauero tibi. alleluia. alleluia. Ps. Quia. ia. Ps. Mihi domine spes mea non confundar in eternum. Or.

Da quesumus ecclesie tue misericors deus ut spiritu sancto congregata hostili nullatenus incursione turbetur. Per. et ceteris diebus illis. Apiens. Actuum. a.